Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jus Naturæ Omnibus Congenitum Ac Insitum : Cujus Jam Nomen Et Genus

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1711]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002562163

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU phil. 16.Mai 1711
Weidner, Jo.Joach.
1a

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002562163/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1002562163/phys_0002
DFG

JUS NATURÆ

OMNIBUS CONGENITUM AC INSITUM

CUJUS JAM

NOMEN ET GENUS

CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ

PRÆSIDE

JO. JOACHIM WEIDNERO, D.

DN. PRÆCEPTORE PATRONO AC FAUTORE,

OMNI REVERENTIÆ ET OBSEQVII CULTU PROSEQVENDO

ANNO MDCCXI. D. 16. MAJI.

IN AUDITORIO MAXIMO

PLACIDÆ DISQVISITIONI HORIS EXHIBET

CONSUETIS

BALTHAS. CAMMERRATH.

ANCLAMENSIS-POMERANUS

Phil. & S. S. Theol. Stud.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002562163/phys_0003

DFG

DEO
PATRIÆ
ET
PARENTI!

Ad

Nobiliſſ. & Clariſſ. Dn. Diſputantem.

ITa & Tu, optime CAMMERRATHI, cathedram Academicam conſcendis, qvantumq; in ſacra diſciplina profectuum, diurna nocturnaq; induſtria, acqviſiveris, eos, qvi telis Te ſuis varioq; armorum genere oppugnaturi ſunt, omni robore Tuo proſternendo, univerſæ Academiæ demonſtras. Qvâ in re bonorum omnium non favorem tantum, ſed & adplauſum promereris. Qvi documentum inde neq; obſcurum neq; fallax capiunt, qvantam de Te olim ſpem patria, qvantosq; fructus Eccleſia percipere, qvam deniq; optimus Parens delectationem ex incrementis ornamentisq; Tuis expectare poſſit. Faxit Deus, ut conatus Tui omnes, ad promovendam ipſius gloriam unicè directi, Divinâ benedictione, eaq; uberrima, nunqvam deſtituantur.

Scr. in muſæo, die VI. Maji, MDCCXI. J. FECHT. D.

OPtima naturæ qvæ ſint fundamina juris?
Id liceat gemino dicere verſiculo:
Qvod tibi tu velles aliis feciſſe caveto:
Qvodqve tibi velles exhibeas aliis.
Qvæ qvia nos juſſit naturæ Rector & Auctor,
Eſt operæ pretium hæc noſcere nobilius.
Qvod cum Tu docto doceas tentamine grator:
Annuat his cœptis ipſe Johova Tuis.

Hisce Clariſſ. & Nobiliſſ. Dn. RESPONDENTI Fautori ac Amico ſuo longè ſuavisſimo de eruditionis ſpecimine publicè edito animitus gratulari voluit Z. GRAPIUS, D.

Nobiliſſ. atqve clarè docto Dn. Reſpondenti Χαίρειν.

QVam primum noſtram ingreſſus es Academiam, doctiſſime Dn. CAMMERRATH, mea qvoqve collegia viſitare ac auditorem Temet exhibere diligentem, in deliciis habuiſti. Non enim audiviſti ſolum & calamo, qvæ propoſita erant, excepiſti, ſed &, inſtituto examine, qvod probè perceperis tradita, in præſentia Commilitonum viriliter demonſtrare aggreſſus es. Aſſociaſti Te ea ratione lectionibus meis thetico-polemicis, Symbolicis, Biblicis, iisq; qvæ novas controverſias pertractant, ut inter dilectiſſimorum meorum numerum jamdiu Temet retulerim. Cum itaq; nunc in publicum qvoq; ſis prodicturus animiq; Tui promptitudinem in freqventiſſimo eruditorum conventu oſtenſurus, Deum ter optimum maximum, ut non ſolum huic, ſed & omnibus cœptis Tuis uberrima Spiritus S. gratia adeſſe, in omnem veritatem Temet dirigere, felicemq; ſtudiis Tuis exitum largiri velit animitus rogo. Vale. Scr. Roſt. An. 1711.

HENR. ASC Engelcken/
Phil. ac SS. Theol. D. hujusqve P. P.

Prænobili atqve Clariſſimo Dn. Reſpondenti
Proſpera qvævis precatur ex animo
PRÆSES

Eſt DEUS in nobis: agitante caleſcimus Illo!

HÆc Ovidii Gentilis præclara ſententia adfirmat ſatis, qvæ ipſius Theologia fuerit naturalis? Cum enim perexigvum robur ſit mortalium, & omnia ſæpius humana conſilia velut aranearum ſint tela, qvid abundaret ſolatio magis præ iſto: *Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus Illo.* Qvorſum & oraculum iſtud, qvod Porphyrius exhibet:

Πάντα Θεȣ̃ πλήρη. πάντῃ Θεος ἔστι φανῆναι.

Hinc Xenophon *lib 1. de Conſtantia cap. XIII.* non malè docuit. *Deus omnium rerum eſt auctor & actor, æterna & provida mens, qvæ cœlorum perennes orbes, qvæ ſiderum inæqvales curſus, qvæ elementorum alternas vices, qvæ deniq; omnes res ſuperas, inferas temperat, moderatur, gubernat. Spargit qvoqvo verſum æterna illa lux ſuos radios, & uno eodemq;, ut ita dicam, ictu ſive nictu ſinus omnes & abyſſos penetrat cœli, terræ, maris: Nec præeſt ſolum divinitas hæc rebus omnibus, ſed inter eſt, imò ineſt, res omnes inſpicit, adit, cognoſcit, & cognitas immota qvadam & ignota nobis ſerie dirigit ac gubernat.*

O ſi hunc Deum, *qvi non paſſus eſt expertem ſe eſſe teſtimonii, ipſis benefaciendo, dans cœlitus pluvias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda ipſorum* Act. XIV, 17. fuiſſent amplexati! ſed proh palam *fuit ira Dei è cœlo adverſus omnem impietatem & injuſtitiam iſtorum, qvando veritatem injuſtè detinuerunt. Propterea enim, qvod cum Deum cognoverint, ut Deum tamen non glorificaverint neq; gratias ei egerint, ſed vani facti ſint in ratiocinationibus ſuis & obtenebratum ſit deſipiens cor eorum, & ſtulti facti ſint, mutantes gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem corruptibilis hominis & volucrium & reptilium & qvadrupedum. Propterea inqvam tradidit eos Deus ignominioſis affectibꝰ &c.* Rom. I, 18. Interea Arbor ex parte areſcens, ex parte tamen floreſcit, & vitrum commaculatum non deſinit eſſe vitrum. Erit ergo è re eſſentiam rerum cum accedaneis affectibus non amoliri, ſed potius ſolertiori magis circumſpectione luſtrare.

Hæc Nobiliſſime atq; Clariſſime Dn. CAMMERRATHI cum ſtrenuè tentes, gratulor obnixè laudatiſſimis iſtiusmodi conatibus, ut enim boni in ſtudiis & converſatione abundè particeps es, ita & laudabilis maximè, nam ſicut carbo non extingitur oleo ſed accenditur potius, ita doctrinis ac converſatione Doctorum perqvam feliciter augeris, & adeo ſagaci polles ingenio, qvo vere bona ſeligis & vere bona ſeqveris. Macte igitur hac egregia tua virtute & cum penes te ſit

Amor Patriæ ratione valentior omni:

Hinc maturentur ad meſſem dona largiſſimè tibi conceſſa, eximiaq; ſuada atq; Parrheſia in divinis ambiat proſperrimo ſucceſſu ſpartam, qvam Deus meritis tribuere decrevit tuis! de cœtero Amoris Noſtri manebis pepetuo memor!

Sphalmata extantiora.

Præfaminis p. 2. *linea* 6. fabellæ loco *habeam* p. 3. l. 11. n. *Eſſe*. p. 5. l. 22. *ſens*. Tractationis §. I. lin. 8. *nullam* §. II. lin. 12. *negare* lin. 13. *verò*. lin. 15. *præſtantiorem*. lin. 16. *humanæ*. lin. 17. *emineret*. lin. 18. *naturæ*. lin. 19. *eſt* §. III. lin. 10. Rinck §. VI. l. 2. *neqveant*. lin. 9. *indita* §. XV. lin. 22. *vocati ſunt, vi conſcientiæ officiiq; neceſſitate.*

Reliqva Benevolo Lectori!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1002562163/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002562163/phys_0008
DFG

Ad

Nobiliſſ. & Clariſſ. Dn. Diſputantem.

...time CAMMERRATHI, cathedram Academicam conſcen-
...mq; in ſacra diſciplina profectuum, diurna nocturnaq; indu-
...veris, eos, qvi telis Te ſuis varioq; armorum genere oppugna-
...mni robore Tuo proſternendo, univerſæ Academiæ demon-
...e bonorum omnium non favorem tantum, ſed & adplauſum
...i documentum inde neq; obſcurum neq; fallax capiunt, qvan-
...ſpem patria, qvantosq; fructus Eccleſia percipere, qvam de-
...rens delectationem ex incrementis ornamentisq; Tuis expecta-
...eus, ut conatus Tui omnes, ad promovendam ipſius gloriam
...Divinâ benedictione, eaq; uberrima, nunqvam deſtituantur.
... die VI. Maji, MDCCXI. J. FECHT D.

Ptima naturæ qvæ ſint fundamina juris?
Id liceat gemino dicere verſiculo:
Qvod tibi tu velles aliis feciſſe caveto:
Qvodqve tibi velles exhibeas aliis.
... qvia nos juſſit naturæ Rector & Auctor,
Eſt operæ pretium hæc noſcere nobilius.
...d cum Tu docto doceas tentamine grator:
Annuat his cœptis ipſe Johova Tuis.

...riſſ. & Nobiliſſ. Dn. RESPONDENTI Fautori ac Amico ſuo longè ſuaviſſimo de eruditionis ſpecimine publicè edito animitus gratulari voluit Z. GRAPIUS, D.

...ſſ. atqve clarè docto Dn. Reſpondenti Χαίρειν.

... primum noſtram ingreſſus es Academiam, doctiſſime Dn. ...MERRATH, mea qvoqve collegia viſitare ac auditorem Te ...exhibere diligentem, in deliciis habuiſti. Non enim audiviſti ...n & calamo, qvæ propoſita erant, excepiſti, ſed &, inſtituto exa- ...bè perceperis tradita, in præſentia Commilitonum viriliter de- ...eſſus es. Aſſociaſti Te ea ratione lectionibus meis thetico-pole- ...cis, Biblicis, iisq; qvæ novas controverſias pertractant, ut inter ... meorum numerum jamdiu Temet retulerim. Cum itaq; nunc in ...; ſis proditurus animiq; Tui promptitudinem in freqventiſſimo ...ventu oſtenſurus, Deum ter optimum maximum, ut non ſolum ...nibus cœptis Tuis uberrima Spiritus S. gratia adeſſe, in omnem ...et dirigere, felicemq; ſtudiis Tuis exitum largiri velit animi- ...le. Scr. Roſt. An. 1711.

HENR. ASC Engelcken/
Phil. ac SS. Theol. D. hujusqve P. P.

...rænobili atqve Clariſſimo Dn. Reſpondenti
Proſpera qvævis precatur ex animo
PRÆSES

100